

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Virtus m cum uariis

Sicut quibusdam uisum est ut de primis quattuor uirtutibus loquar: prudentia, temperancia, fortitudine atque iusticia; quanto perfecte sunt singule, tanto sibi sunt coniuncte. Disiuncte autem perfecte esse nequaquam possunt quia nec prudentia uera est que iusta, temperans et fortis non est; nec temperancia perfecta que fortis, iusta et prudens non est; nec fortitudo integra que prudens, temperans et iusta non est; nec iusticia uera que prudens, fortis et temperans non est.

Gregorius libro XXII. moralium.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

iusta] et *add.* P V¹ V² L¹ L²; nec temperancia...prudens non est *om.* C; temperans et iusta...que prudens *om.* P V¹ V² L¹ L²; libro XXII. moralium] in moralibus V² L¹ L²